



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 24. Controversia inter Lotharingium & Brandenburgicum Ducem a Rege  
composita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. annorum decursum in Franciam re  
A. C. 1603. versus est.

## §. XXIV.

*Controversia inter Lotharingium, &  
Brandenburgicum Ducem a  
Rege composita.*

*Thuan. hist.* **E**odem tempore, quo Rex adhuc dum  
*l. 129.* in Metensi urbe morabatur, arti-  
*Daniel hist.* trum agebat controvertiæ, quæ inter  
*de France* Carolum Lotharingium Cardinalem &  
*tom. 10.* Joannem Georgium Brandenburgicum  
*Abrege* Ducem jam per integros decem annos  
*chronolog.* agitabatur, occasione iñde nata, quod  
*Jan. 1603.* hunc Protestantes, Catholici vero Ec-  
clesiæ Argentinensis Canonici Cardina-  
lem in Episcopum elegerint, uti supra  
memoravimus. Quoniam vero hæc cau-

*Vid. supra*  
*Lib.* **f**a ultimo Cæsaris judicio, ad quod a  
*CLXXX.* partibus remissa fuerat, nondum fu-  
*S. XXII.* set decisa, Rex arbitri partes sibi su-  
*Calmet Hist.* mens Brandenburgico, cui clam magis  
*Eccl. de* favebat, possessiones urbi magis vici-  
*Lorraine* nas, reliquas vero Cardinali adjudica-  
*tom. 2.* bat. Postea tamen hoc anno die du-  
decima Novembris Hagenoensi tractatu  
conventum est, ut totus Episcopatus  
Cardinali relinquetur, ea tamen lege,  
ut hic numeratis centum triginta au-  
reorum millibus Brandenburgicum in-  
demnem servaret. Ceterum summus  
Ponti-

Pontifex ægerrime ferebat, quod Car- Sæc. XVII.  
dinalis cum Protestantibus pacem iniif- A. C. 1603.  
set, diviso cum illis Episcopatu, quem  
tamen, ut indemnem servaret, ac in-  
tegrum tueretur, a Sede Apostolica ac-  
cepisset.

§. XXV.

*Elisabetha Angliæ Regina mortua.*

Composita hac lite Rex exeunte Men- *Rapin hist.*  
se Aprili Lutetiam redire consti- *d'angl. l. 17.*  
tuit; adhucdum vero in itinere hære- *Daniel l. c.*  
bat, cum eidem nuntiatum esset, quod *Thuan. l. c.*  
Elisabetha Angliæ Regina fatis cesserit.  
Hæc jam Mense Januario ad finem ver-  
gente primos gravioris morbi insultus  
sentire coeperat, ineunte autem Mense  
Majo molesta omnium sensuum torpe-  
dine opprimebatur, caussata ex occisi  
Essexiæ Comitis recordatione necnon  
ex gravi moerore, quod se a suis clien-  
tibus despectam derelictamque cerne-  
ret, cunctis Regis Scotiæ Successoris  
sui favores aucupari certantibus. Tan-  
dem morti vicinior a Senatu Successo-  
rem nominare rogata ægre hæc repo-  
suit: *Thronus meus est Thronus Regum a*  
*nullo privato possidendus: subobscura hac*  
*declaratione Senatoribus haud conten-*  
*tis tandem respondit: Volo, ut mihi Rex*  
*succedat, & hic sit Scotiæ Rex mihi arctius*

S S

fan-